



Hunc librum Musis  
suis inservientem  
iure possidet  
Theodor Mahlmann

Comparati milij  
Witels.  
¶ mas. er. q.  
¶ hinc. 4. q.  
¶ Mc. Joha: Leijob.  
anno 1621.

Σω̄ Θεῶ

**CHRISTOLOGIAS SACRÆ**

Disputatio Quadragesima nona

*De*

**OFFICIO CHRISTI  
R E G I O**

*Quam.*

AnnuenTe Θεανθρώπῳ

SVB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI  
S.S. Theol.D. & P. P.

*In privato Collegio ad disputandum  
proponit*

JOHANNES HÖLZERUS  
Coloniensis Marchicus.

*Habebitur ad diem 14. Maij horis  
pomeridianis.*

*In auditorio minori.*



WITEBERGÆ

*Johannes Gorman excudebat,  
ANNO cl. l. CXX.*

CHRISTOGELIS  
Diphisioe  
OFFICIO CHIRIPI  
YEGIO

Du BALTHASARIS MEISNERI  
S. T. P. 22  
In bilinguis CHIRIPI  
JOHANNES HEDDING  
Cognitio, explicatione  
Accidit ea quae in CIRIPI  
Expositione continetur  
ZECCHI  
ZECCHI  
WITTEBERG  
ZECCHI  
Accidit ea quae in CIRIPI

SUW ΘΕW, H T

P R A E L O Q V I U M.

**Q**uemadmodum Ahasverus, Rex alias potentissimus, ex inferiori quādam familiā Sponsam Estheram sibi elegit, eamq; p̄ omnibus mulieribus adamavit, Est. 2.v. 17: Sic Rex Regum & Dominus dominantium Christus JESÙS nos miseros homunciones ex merā misericordiā sibi despōnsavit Os. 2. v. 19; quos adhuc non tantum sponsi instar pulcherrimi diligit, sed etiam spirituali quodā sceptro & regimine protegit, gubernat, defendit. Merito igitur gaudium annuncians Propheta Zach. 9. v. 9, Ecclesiam his verbis alloquitur: Exulta filia Sion, jubila filia Ierusalem. Etce Rex tuus venit tibi justus & Salvator. Neq; exultemus tantum, sed avide etiam ornatum splendoremq; sponsi & Regis nostri intueamur. Sapienter enim Salomon sapientissimus Cant. 3.v. n. de Salomone illo cœlesti: Egrediemini, inquit, & videte filiæ Sion Regem Salomon in diademate, quo coronavit illum mater sua in die despōnsationis illius. Quocirca nostrorum etiam partium erit, ut Regi huic obviam procedamus, eumq; agnoscamus, intueamur, excipiamus. Id quomodo fieri possit ac debeat ex doctrinā de officio Christi regio patebit illustriss, quod in præsenti hac disputatione describemus. Ne autem cū Jōdōs agere videamur. 1. quidem ex sacris literis Salvatorem nostrum JESUM CHRISTUM Regem esse demonstrabimus. 2. Ad doctrinam de regno Christi progrediemur. 3. Questiones illustriores, quæ de hoc articulo moveri solent, pertractabimus, & 4. tandem meditationem practicam breviter subjiciemus. Tu modo REX HOMO-DIVUS cæptis nostris annue, ut omnia dicta & cogitata nostra cedant in nominis ac regni tui gloriam & nostri edificationem!

A 2

THE-

## THESES I.

**O**fficium Christi Regis est (ut à definitione ordiamur,) quo tives suos verbi ministerio usq; ad finē mundi colligunt, eosq; præclaris donis ornatos, cōtra hostes, in quorū medio dominatur, fortiter defendit, ac tandem eternā gloria & honore coronat. Vid. Haffenreff. in Loc. Theol. p. 353. Vel, ut multa paucis comprehendamus, Officium Christi regium illud est, quo ipse gubernat omnia in cœlo & in terra, & imprimis Ecclesiam. Gerhard. tom. i. locor. Theol. pag. 782.

**II.** Harum igitur & consimilium definitionum veritas, ut eò manifestior evadat, regia Christi dignitas in ipso statim limine ex sacro codice probanda erit. Ubi primo loca quædam ex V. T. desumpta, 2. Titulos nonnullos, quibus Salvator in novo Testamento nobilitatur, diligenter annotabimus.

**III.** Veteris itaq; testamenti suffragium quod attinet, producimus hic Psalm. 2. v. 6. ubi Dominus ita loquitur: Ego constitui Regem meum super Sion montem sanctum meum qui Rex pauli post dicitur esse filius HODIE, i.e. ab æterno genitus. Quem Psalmum integrum in sensu proprio & litterari de Redemptore nostro agere, non solum omnes textus circumstantiae, sed Apostolica etiam interpretatio iu Nov. T. evidenter & irrefragabiliter convincit. Idem Messias Ps. 8. Rex latius atq; uberior declaratur.

**IV.** Huc pertinet Ps. 45. v. 2. & 7. Dico ego opera mea REGI, sedes tua DEUS in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Huc Ps. 72. per totum contextum referri potest. Et Eccl. 9. v. 7. legitur: Factus est principatus ejus super humerum ejus, princeps Pacis, multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis, super solium David, & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud & corroberet in iudicio &c. Jer.

23. v 6.

23. v. 6. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Davi-  
di gerumen justum, & regnabit Rex & sapiens erit, & fa-  
ciet judicium & justitiam in terra.

V. Ez. 34. v. 23, &c 24. Ego suscitabo super oves meas pa-  
storem unum, & pascet eas, servum meum David, ipse pa-  
scet eas, & erit in pastorem? Ego autem Dominus ero ei in  
Deum, & servus meus David Princeps in medio eorum.  
Dan. 2.v. 44. In diebus regnum illorum suscitat Deus  
caeli regnum, quod in eternum non dissipabitur, & re-  
gnum ejus populo alteri non tradetur, comminuet autem &  
consumet universa regna horum, & ipsum stabit in eternum.

VI. Præcipue vero Zacharias c. 9. v. 9. Ecclesiam tali  
consolatur nuncio: Ecce Rex tuus venit tibi justus & Salva-  
tor, ipse pauper & ascendens super pullum filie asina &c. que  
verba de Christo intelligenda sunt, quod ex collatione Matt.  
c. 21. v. 5. cum textu Prophetico perspicue elucescit. Sic QL  
3. v. 5. Christus Rex David appellatur, vel quia ex Davi-  
dis prosapiâ oriundus fuit, vel quia David rerum fortiter ac  
strenue gestarum magnitudine & regia imprimis Israelita-  
rum gubernatione venturum Messiam typice representavit.  
Et Mich. 5. v. 2. מֶלֶךְ dominator in Israel nuncupat-  
tur.

VII. Ex novo testamento non est cur in hunc sensum curi-  
ose conquiramus oracula sacra, quum cuilibet sermone notissi-  
ma sint, ut, quod Magi querunt Hierosolymis Matt. 2.v. 2. ubi  
sit natus Rex Judæorū, cuius stellam viderint in Oriente,  
& venerint adorare eum, quod I. Cor. 15 v. 25. habetur: O-  
portet ipsum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedib-  
eius, quod Apoc. 19.v. 16. Iohannes vidit scriptum Christi no-  
men his verbis: Rex Regum & Dominus dominantium.

& quod Luc. i. v. 33. dicitur, regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni ejus non erit finis.

VIII. Proinde Salvatorem nostrum non Regem tantum, sed Regibus etiam omnibus excellentiorem esse constanter asserimus, id quod adducta scripturae testimonia, ex quib[us] singulares simul Regis hujus proprietates efflorescunt, evidentissime testantur. Quamvis a. brevitatis studio plures proprietates omittendae sint: Tamen praecipuas annotabimus.

• IX. Nam i. ex praecedentibus scripturae elogii Regem nostrum aeternum esse colligimus, cuius potestas nunquam desitura sit. Dan. 7. v. 14. cuius regnum non habeat finem. Luc. i. v. 33. Nemo ergo coronam ejus tollet: Infixa enim est capiti, atq[ue] auferri nequit. 2. Videmus hinc Christum Regem esse oecumenicum, qui dominetur a mari usq[ue] ad mare Ps. 72. v. 8. cui data sit omnis potestas in celo & terra Matth. 28. v. 19. & nomen super omne nomen Phil. 2. v. 10. de quo omnes Prophetae testentur. Acto. 10. v. 43. Unde Rex super omnia dicitur, tam in hoc quam in futuro seculo Eph. 1. v. 21. 22: Et caput omnis principatus & potestatis, Col. 2. v. 10. Plures Regis hujus proprietates & prerogativas notavit Clariss. & Excel. Dn. Praef. Praecept. ac Promot. meus honorandus in meditat. Evang. p. 339. 340. &c.

X. Atq[ue] ita Iesum Nazarenum Mariæ filium Regem esse ex scripturis hactenus demonstravimus. Quam autem Rex a regno denominatur, proximum erit, ut quale regnum Rex iste habeat, paucis subjiciamus. Principio autem hoc monemus, quia regnum Christi aliter respectu totius generis humani, aliter respectu Ecclesie, aliter respectu hujus, aliter respectu alterius vite geritur, ideo hunc terminum ex eorum numero esse, quæ dicuntur a P[rophetis] ap[osto]l[is] ev[angelistis], atq[ue] ita pro diversitate

versitate modi at formæ administrationis in hoc regno aliter  
atq; aliter esse declarandum.

XI. Consideratur ergo regnum CHRISTI vel in hac vi-  
tâ vel in alterâ. In hac vitâ vicissim geminū cōstituitur, po-  
tentiaē nimirū & gratiaē. Regnum potentiaē est generale  
imperium super omnia, nempe gubernatio cœli & terræ, sub-  
jectio omnium creaturarum, dominium in medio inimico-  
rum, qui à Christo tanquam Rege potentissimo coērcentur ac  
reprimuntur. Conf. Matt. 28. v. 18. Ps. 8. v. 7. 8. Heb. 2. v. 8.  
Ps. 110. v. 2. Matt. 22. v. 44. Act. 2. v. 35. 1. Cor. 15. v. 25. &c.

XII. Gratiaē regnum est specialis operatio misericordiæ  
in Ecclesiâ, scilicet missio, illuminatio, confirmatio Apostolo-  
rum, Evangelistarum, Pastorum & Doctorum, collectio Ec-  
clesiæ prædicatione Evangelij & dispensatione Sacramento-  
rum, regeneration, sanctificatio, vivificatio credentium, ap-  
plicatio sui meriti, protectio & conservatio piorum in cala-  
mitatibus, & liberatio, variorum denique donorum effusio,  
de quibus regni gratiaē beneficiis. Vid. Dn. D. Gerhardus  
tom. i. L. p. 782. 783.

XIII. Et quamvis Ecclesia, ubi regnum hoc Christi viget,  
adhuc in terris militet: Tamen illustri plerumq; regni cœ-  
lorum nomine insignitur. Hinc enim toties in parabolis, quæ  
in historiâ Evangelicâ extant passim occurrit mentio regnū  
cœlorum, uti videre est Matth. 20. v. 1. 22. v. 2. præcipue  
vero c. 13. ubi illustris hæc appellatio sèpius iteratur. Ratio-  
nes insignioris hujus tituli recenset Cramer. i. p. de reg-  
Christ. c. 2. q. 3.

XIV. Nam i. à DEO cœlesti planè modo regitur & admi-  
nistratur, imò in medijs etiam conservatur persecutioni-  
bus, ita ut nihil omnino conformitatis cum regnis mundanis

babeat. 2. Quia subditi hujus regni, veri nimirum Christiani, terrena contemnunt, & superna suspirant, ubi Rex gloriae sedet ad dexteram Patris Col. 3. v. 1, 2. ubi πολιτευμα nostrum Phil. 3. v. 20. 3. Quia (per metalepsin) in hoc regno cœlorum acquiritur verum illud regnum æternæ hereditatis. Alias rationes Vid. apud. Bed. super Evang. Matth. 22. de veste nupt.

**XV.** Ex quibus simul intelligitur, quod regnum Christi respectu alterius etiam Vitæ considerari queat. Præcipue autem ibi erit regnum Justitiae & gloriae, quod conspicietur in mortuorum resuscitatione ac universali judicio omnium hominum, & reproborum quidem ad damnationem sive ignominiam æternam: electorum vero ad promissam beatitudinem, ubi gaudium sine mero, requies sine labore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore, vita denique sine morte, ut pia antiquitas loquitur.

**XVI.** Ex his omnibus jam firmiter concludimus, Messiam Regem esse & regnum habere, quam dignitatem sibi quoq[ue] Christus Jesus præripi non est passus, adeo ut etiam coram Pilato, cum staret in acie novacula se Regem esse confessus sit. Matt. 27. v. 11. 12. confessio haec ab Apostolo 1. Tim. 6. v. 13. bona indigitatur. Quocirca nos quoq[ue] constanter eam tuerantur necesse est, ut tandem aliquando ex regno gratiae ad regnum gloriae, ubi Regem nostrum sine fine à facie ad faciem videbimus, cum omnibus electis transieramus.

**XVII.** Hoc igitur iacto fundamento ad illustriores quæstiones accessum facimus. Primo autem de Rege ipso quæritur, Utrum nimirum regnandi officium secundum utramque naturam ipsi vere & realiter competat ac tribuen-

tribuendum sit? Ilbi omnino notandum venit quod Christus non regnet tantum modo secundum divinam, sed etiam secundum humanam naturam, quae collata est ad dexteram Patris, adeoq; sedens ad dexteram Patris simul regnat ut Deus.

XVIII. Quid autem sit regnare ut Deus, ex multis Scripturae testimonij Sole meridiano clarus elucet. Præfertim ex Psal. 24 v. 1. Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo. Num. 17. v. 23. Numquid manus Domini invalida est. Job. 11. v. 7. 8. Forfit an vestigia Dei comprehendes, & usq; ad perfectum Omnipotentem reperies? Excelsior cælo est, & quid facies. Profundior inferno, & unde cognosces? Longior terræ mensura ejus, & latior mari &c. Pl. 115. v. 3. Dominus noster in cælo omnia, quæcumq; voluit, fecit.

XIX. Ex his ipsis Christus & Apostoli sua illa mutuantur Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nam secundum divinam naturam juxta indubitatem antiquitatis regulam illi dari nihil potuit, quomodo itaq; humilitatem excludemus? Huc pertinet illud ad Phil. 2. v. 9. Propter quod Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est DEI Patris, i. Pet. 3. v. 22. qui est in dextera Dei, deglutiens mortem ut vitæ æternæ heredes efficeremur, profectus in cœlum, subjecti sibi Angelis & potestatibus & virtutibus.

XX. Sicut ergo olim in ipso juxta pronunciatum Apostoli ad Col. 1. v. 16, 17 condita sunt universa in cælo & in terra, visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes.

A. E. D. M. A. R. A. S. five

CHRISTI

sive principatus, sive potestates, omnia, inquam, in ipso & per ipsum creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: ita nunc totus Christus Angelis olim a se conditis dominatur, imperat diabolis, regit sidera cœlorum, maria, flumina, omnes ex terris nascentes res pedibus suis subjectas habet, boves & oves universas, pecora campi, volucres cœli & pisces maris, sicut universalissimum hoc Christi Jean. D. g. π & dominium Psalmographice describit.

XXI. Oritur autem hæc dignitas 1. ex arctissimâ & ineffabili illâ unione, quâ λόγος non tantum admissit, sed adsumpsit: in howoūtā potentiae ac regni hujus (quod ut λόγος ab æterno habuit & exercuit) carnem suam, ita ut jam caro illa adsumpta particeps facta sit ejusdem illius regni, ejusdemq; potentiae, quæ fuit & λόγος potentia ab æterno, & est & erit ejusdem in omnem æternitatem. 2. Oritur ex sessione Christi ad dexteram D E I, de quâ nuperè peculiaris instituta fuit disputatio. Quæ sane paulò profundius atq; accuratiū estimare debebant, qui adversus majestatem carni Christi verè ac realiter communicatam temerario plane impetu insurgere consueverunt. Sed de his impræsentiarum prolixius agere non licet.

XXI. Evidenter is itaq; decisionis loco ex Orthodoxis Theologis bimembrem hanc conclusionem anneximus. 1. Christum nunc temporis secundum utramque naturam divinâ suâ majestate atq; omnipotentiâ (quam regnum, gratiae & quæ ac regnum glorie necessariò presupponit) non tantum dominari in Ecclesiâ, & super Ecclesiam, quæ ipsum agnoscit & colit, sed etiam potentissime gubernare universas, cunctas & singulas creaturas. 2. Infinitam hanc regnandi potestatem Christo diverso respectu verè ac realiter competere & tribuendam esse asserimus. Nam, in quantum DEUS, est ab æterno

eterno illam habet cum D E O Patre & Spiritu Sancto: In quantum homo est, accepit illam ex unionis gratia, quæ, uti ex præcedentibus constat hoc præcipue requirit, ut Christus secundum utramq[ue] naturam revera præsens regnum suum administret. Sic enim absens administraret, non infinita divinae majestatis plenitudine inunctus esset.

XXIII. Deinde h[ic] de regno terreno & mundano moveri solet quæstio, utru illud recte à Judæis Messia tribuatur? Olim enim nugati sunt hodieq[ue] nugantur, Messiam tale imperium in terris constituturum, quo in hoc visibili mudi theatro vi armisq[ue] fortiter subacto & ab infidelium colluvie repurgato soli Iudæi, & religione eorum addicti in pace & felicitate perpetua sub Christo dominaturi sint, & abundaturi rerum omnium terrenarum affluentia.

XXIV. Periculosisimum autem & perniciosissimum hoc esse de regno Christi terrestri somnum, ipsorum etiam Apostolorum exemplum evidenter ostendit, qui semel in Schola Pharisæorum h[ac] nauo & cibuti difficulter sane veteris illius erroris semina extirpate potuerunt, sed ex A Et. I. v. 7. plerumq[ue] ingeminarunt: Domine restituesne hoc tempore regnum Israel? Hinc etiam Matth. 18- v. 1. mota est controversia a discipulis: Quis maior esset in regno cœlorum?

XXV. Nos igitur e contrario non mundanum aut terrenū sed spirituale Christi regnum constituimus, atq[ue] hanc sententiam nostram primo quidem apertis scripturæ testimoniis, deinde firmissimus ac solidissimus roboramus consequentijs. Testimonia quod attinet initio quidem ex veteri Testamento ea desumimus, quæ mundo ē diametro quasi oppositas regni hujus affectiones prædixerunt.

XXVI. Tale est illud Zach. 9. v. 9. ubi propheta de pauperate

tate futuri Messiae loquitur, adeoq; mundanam hanc Iudeorum pompam externumq; regni splendorem sufficientissime refutat. 2. Gloriā illam secularem & passionem sive contemptum externum sibi penitus adversari adeo in confessio est, ut manibus ferme palpari queat. Iam autem non prius, sed posterius potius de venturo Messia in libris Propheticis passim enunciatur. Vide Es. 53. v. 4. 5, 6. Dan. 9. v. 26. Ergo. 3. Præterea si vera esset hæc opinio, nonne Messiae regnum Iudaicæ tantum ditionis terminis circumscribendum esset? Iam vero scriptura Messiae dominium à mari ad mare & fines usq; terrarum latissime extendit. Ps. 72. v. 8. Ergo.

**XXVII.** Deinde ex novo Testamento idem perspicue colligitur, si Christum ipsum audiamus. Ille sane Rex terrenus declarandus in montem abiit, & singulari studio externam hanc dignitatem detrectavit Joh. 6. v. 15. Id quod coram Pilato clarius comprobavit, ubi diserte, regnum meum, inquit, non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent, ne traderer Iudæi. Nunc autem regnum meum de hinc non est: Joh. 18. v. 36. Quibus verbis pro spirituali Christi regimine adstruendo nihil dici potuit, clarius, nihil illustrius: ita ut merito vel ipso veritatis autore interprete à mundanis gubernationibus plausissime distinguiatur Luc. 22. v. 25.

**XXVIII.** Manifestis insuper rationibus & consequentijs hæc de regno spirituali sententia roborari potest. Nam 1. inter regnum Politicum & personam divinam plane & incorruptibilem nullam omnino proportionē dari ecquis ignorat. Iam Messiam non nudum hominem, sed Ἰησοῦν Θρόνον esse ex Scripturâ præsupponimus. 2. Ratio ab adjunctâ aeternitate petitur. Omne enim terrenum imperium mundanum est,

& cum mundo interibit. Iam Christi regnum aeternum esse ex supra allegatis testimonij agnoscimus. Obvertis ex 1. Cor. 15. v. 24: Filius tamen subjicietur Deo Patri, eij<sup>z</sup> regnum suum tradet. Ergo non erit Rex aeternus. Respondemus i. textum hunc tantum de regno gratiae loqui. 2. Neque de hoc simpliciter intelligendum esse, nisi quoad externam formam & administrationem. Cessabit enim ibi verbi praedicatio, cessabit sacramentorum administratio. Ipsum autem regnum gratiae in regnum glorie transbit, ubi DEVS in beatis Christi civibus incipiet esse omnia in omnibus.

XXIX. Quo pacto ipse etiam DEI Filius Patri subjicietur, non quidem maiestatem adsumptae carni vere & realiter communicatam deponendo, sed externam tantummodo administrationem, qua in mundo Ecclesiam sibi colligit, desertendo, cui in alterâ vitâ finem imponet, atq<sup>z</sup> ita hanc gubernationem Patri cœlesti quasi resignabit. Neg<sup>z</sup> vocabula Hebrae Olam & Leolam absolute regni Christi aeternitati aliquid derogare possunt. Ficulnea enim planeq<sup>z</sup> elumbis collectio est: Vocabula hæc interdum limitatam denotant durationem. Ergo in ijs etiam locis, ubi de Rege Christo, r. gnoq<sup>z</sup> ejus aeterno usurpantur, limitate, pro longioris temporis periodo accienda sunt. Genuinam ergo harum vocularum explicationem. Vid, apud Dn. D. Bald. in ref. Cat. Rac. pag. 138. Gerhard. tom. 1, L. C. s de aeterno DEI FIL. p. 462. 463. Hutter. in Loc. Theol. p. 868. Cramer. part. 1. de regno Christi c. 3. q. 4. p. 52.

XXX. Plures hic rationes pro regno Christi spirituali cumulari possent. Verum cum opinionis hujus veritas partim ex evidetissimis & Solis radio scriptis Prophetarum oraculis elucescat, partim a Dn. D. Cramer d. l. perspicuis rationib. uberiorib. decla-

declaretur, actum hic agere noluimus. Ad alia igitur progre-  
gredimur. Quia enim mundanum hactenus splendorem  
**Christo** denegavimus, alia statim suboritur Quaestio: Vtrum  
nimirum hæc ita absolute & simpliciter accipienda sint, an  
vero Christus visibiliter in terras redditurus, & per mille fal-  
tem annos cum sanctis in varijs mundi delicijs regnaturus sit?  
Posteriorius Chiliaſtæ sive Millenarij olim defēdere conati sunt.  
**XXXI.** Hi enim cum geminam hominum resurrectionem  
ex Ap. 20. v. 5. seq. afferendam esse deprehenderent, Christum  
dixerunt in formâ visibili redditum, regnū, imperia, provinci-  
as omnes devictis Regibus mundanis inter aſſeclas & discipu-  
los suos diviſurum, adeoq; terrenas cum illis delicias capta-  
turum per mille annos, quam ob causam Chiliaſtæ etiā nun-  
cupati sunt, κιλοι. n. mille significat, de quo errore legatur  
August. lib. 20. de civ. Dei c. 7. In eodem hæret Lactantius lib.  
7. instit. c. 24. de renovat. mundo: Verba ejus hæc sunt: Veniet  
Immi & maximi Dei Filius, ut vivos & mortuos judicet, te-  
stante acq; dicēte Sibylla &c. Verū ille cum deleverit injusti-  
tiam, judiciumq; maximum fecerit ac justos, qui à principio  
fuerit ad vitā restauraverit, mille annis inter homines versa-  
bitur, eosq; justissimo imperio reget. Hactenus Lactantius.  
Patrocinatus quoq; est dogmati huic Tertul. Apoll. & alijs re-  
ferente Hieronymi in c. 36. Ezech. & Euseb. lib. 3. hist. cap. ult.  
**XXXII.** Verum enim vero quicquid etiam de mille anno-  
rum tempore prædicti proferant Millenarij, nos errore hunc  
quum planè carnales cogitationes sapiat, & in fidei analogi-  
am manifestissime impingat, indignū refutatione, metitoq;  
explodēdum esse statuimus. Neq; locus Apocalypſeas erroneo  
huic dogmati fenestrā aperiet, modò cum alijs verbi divi-  
ni testimonijs conferatur. Scriptura enim duplē innuit  
mortem, aliam animæ, quæ nihil est aliud, quam gratiæ divi-  
ne per peccata ablatio; aliam corporis, quæ est animæ à cor-  
pore separatio.

**XXXIV.** Geminæ huic morti duplex responderet resurrectio,  
animæ altera, quæ è statu peccati in statum gratiæ migrans.  
Rom. 6. v. 4. Ephes. 5. v. 14. Altera corporis est, quod in die  
novissimo cum anima rursus uniri debet, vel ad vitam vel  
ignomi-

ignominiam sempiternam Dan. 12. Quibus iuxta Scripturæ normam, & fidei analogiam præsuppositis quid pronunciatum Apocalypse<sup>s</sup> c. 20. v. 5-6. suadeat, facile patebit. Beatitudinem nimirum & sanctitatem pollicetur omnibus, qui habent partem in primâ resurrectione, id est, qui de peccatis admissis serio dolentes pretiosissimum JESU CHRISTI Redemptoris Beatissimi & Sanctissimi constanter apprehendunt meritum: In his secunda, id est, æterna mors, non habet potestatem. Suffragatur assertioni huic August. lib. 20. de Civ. DEI cap. 7. inquietus. Duæ sunt resurrectiones, una prima, quæ nunc est animarum, quæ venire non permittit in mortem secundam: alia secunda, quæ nunc non est; sed in seculi fine futura est: nec animarum, sed corporum est, quæ per ultimum judicium alios mittet in secundam mortem, alios in eam Vitam, quæ non habet mortem. Quibus probè consideratis Chiliasmus penitus expirat.

XXXIV. Tandem in latiorem hīc controversiarum campum excurrere possemus, quales sunt. 1. An Monarchicum Ecclesiæ regimē sub uno visibili capite ac judice constitui debeat, ut frustra somniant Pontificij? 2. An regia hīc maiestas potissima causa sit, ob quam Christus in Scripturis Salvator noster, Deus, Dei Filius nominetur? quam opinionem Photinianorum spiritus non sine insigne blasphemia interpolare studet. 3. De amplirudine regni gratiæ, utrum nimirum per orbem terrarum universum sese extendat, ubi affirmativa ex Apostolo ad Col. 1. v. 6. & 23. aperte demonstrari posset. Hæ, inquam, aliæq; controversiæ fusiūs examinandæ essent. Verum cum ejusmodi quæstiones magna ex parte cum distinctis fidei articulis cohæreant, vel suis locis ac temporibus, vcl ipsi etiam conflictui eas reservabimus, & meditationem practicam brevissimè subnectemus.

XXXV. Prodest autem hīc de regio Christi officio consideratio, 1. πρὸς διδασκαλίαν, ut majestatem Christi agnoscamus, expendamus, veneremur. Statim enim mens pia ex Psal. 2. quærere solet, quis hic Rex Sionius sit ratione personæ, nimirum æternus Dei Filius, juxta apertum Patris cœlestis pronunciatum; Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Neque

Neque tamen hic subsistere debet cogitatio: sed quia idem  
Rex Sionius gentes in hereditatem postulare jubetur, quas  
tamen, quatenus Deus, ab aeterno possidet, subincludi hic  
etiam humanam Christi naturam infinita illa gloria & maje-  
state ditata intelligimus. Atque hac ratione Regem no-  
strum intueamur, miremur, veneremur. 2. Cum regnum  
Christi spirituale sit, quilibet facile intelligit, quod gloria  
subditorum non sit de praesenti seculo, sed adhuc in abscon-  
ditio lateat &c.

XXXVI. Prodest insuper haec doctrina πρὸς παράλησιν, quo-  
ties mens Christiana densissimis persecutionum tenebris ob-  
iusta, imo omnia in Ecclesia, tanquam regno gratiae sasq; de q;  
ferri conspiciens non sentit efficaciam Christi regnantis:  
Quae tamen, ut divinæ consolationis radijs ex regno gloriæ  
effulgentibus illustratur, has etiam dubitationum nubeculas  
facile dissipare potest. Nonne enim Rex regum Christus  
potentissimus est? Venite ergo ad Regem hunc, qui onerati  
eis Matth. II. v. 28. &c.

XXXVII. Tertio πρὸς ρετιαῖς, ut sanctitati studeamus.  
Quemadmodum enim Rex noster sanctorum omnium san-  
ctissimus est: ita nos quoque genus electum simus, regale sa-  
cerdotium, gens sancta I. Pet. 2. v. 9. 2. Ut superna querere  
gestiamus Coloss. 3. v. 1. & ad verum πολιτευμα Phil. 3. v. 20.  
seu regnum à mundi exordio nobis paratum Matth. 25. v. 34.  
nullo non tempore adspiremus, ubi Regum cœlestium &  
spiritualium instar Ap. 1. v. 6 Coronam justitiae 2. Tim. 4.  
v. 8. & vita Ap. 2. v. 10. electis omnibus promissam reporta-  
bimus, & ipsum Regem gloriæ sine fine videbimus, si-  
ne fastidio amabimus, sine defatigatione  
denique laudabimus,

Amen.

SOLI DEO GLORIA.



DISPUTATIO QUINQUAGESIMA & ULTIMA,

: בירוחם

DISPUTATIO QUINQUAGESIMA & ULTIMA,

Continens

SYNOPSIS TOTIUS ARTICULI DE CHRISTO.

RESP. M. LEVINO POUCHENIO.

**D**efectam & salutarem Christi cognitionem, à nobis exigit, Christianismi professio, quæ vult, ut hominis Christiani lingua vel aliud noscat nisi Christum. Tum, quia is unicus universæ scripturæ V. & N. T. scopus est; tum quia Christi notitia tanto præstantior notitia hujus mundi, quanto distant res terrenæ & cœlestes, caducæ & æternæ. Quare, merito cum Bernardo, hanc nostram sublimiorem Philosophiam statuimus, scire Iesum & hunc crucifixum. Quam scientiam quia hactenus fusi us lustravimus, jam eandem συνοψιῶς sub finem collegij Christologici repetere, deg̃ eā placidam συζητησv instituere placet; consideraturi, Christi L. Personam. 2. Virtutem & 3. Officium.

### DE PERSONA.

TH. I. A personæ cognitione merito initium facimus, cum nemo, qui personam Christi ignorat de officio convenienter sentire & statuere possit. Hanc v. hic non consideramus ratione γνῶσης divinæ: quæ cognitio in loco de D E O pertractatur; sed ratione οἰκουμενικῆς gratiosæ, cuius respectu σύνθετa est, duabus constans naturis & una simpli- ci. Et haec consideratio hujus est loci, ac absolvitur.

A

tur tribus partibus: 1. Naturarum explicazione. 2. Unionis enarratione & 3. Consequentium unionis expositione.

II. Naturae primò in genere explicandæ sunt, ubi vindendum. 1. Vocis naturæ usus. Dicitur natura à nascentio, & primò nascentium generationem: latiori v. significacione, cuiusq; rei essentiam denotat. Nobis in præsentia naturanihil aliud est, quam substantia quædam completa per ḡoriam suam constituta, habens in se principium omnium operationum. 2. Naturarum numerus: In Christo duas agnoscimus naturas, tūm in se, tūm suis proprietatibus distinctas; divinam & humanam: unde Ἰεανθρωπός, Homo-Deus existit. 3. Necessarius utriusque concursus, qui olim fuit typi significatus, Messiae nominibus indicatus, Propheticis oraculis prædictus, Apostolicis dictis demonstratus rationibus confirmatus, & similitudinibus illustratus, quæ licet per omnia non convenient, mirabilem tamen utriusque naturæ concursum quidantenus illustrant.

III. De divina natura τὸ λόγον in specie notanda veniunt: 1. Hæretici, qui eam oppugnarunt. Horum 3. Constituuntur classes: 1. τῶν ἀνυποστέτων, Christi existentiam ante incarnationem negantium. 2. τῶν ἐπεργων, Christi naturam patri non consubstantialem fingentium 3. τῶν ἀνομοιῶν, eandem cum patre essentiam, sed non potentiam & operationem fingentium. 3. Tituli, qui Christo quoad divinitatem tribuuntur; quorum quidam Biblii, ut: cum dicitur DEUS, sc. Θεῖνος quat. essentiam divinam certo charactere limitatam denotat; Filius DEI, ab æterno ex simplici essentia Dei patris productus; λόγος, qui hic significatione cœlesti, λόγον substantialem notat: quidam Ecclesiastici, ut: αὐτοθεός, respectu productiæ temporalis; ὁμογόνος, ad eandem cum patre substantiam, ut noscqd distinctam, exprimendam. 3. Divinitatis

veritas. Hanc fusiū hic non probamus, sed ut probatam in  
loco de Deo præsupponimus. Ex abundanti tamē 4. loca, divi-  
nitatem Christi confirmantia adducimus. 1. Extat Gen 48.  
v. 15. 16. in quo benedictio, Iacobo ab angelo increato fa-  
cta, continetur. 2. legitur Joh. 1. v. 1. & cū. in quo λόγος  
describitur. 3. Ipsius Christi est, suam ḡn̄te Abrahamum exi-  
stentiam confirmantis Joh. 8. v. 58. 4. Pauli, Christum ab-  
solute Deum super omnia benedictum in secula, nuncupan-  
tis Rom. 8. v. 5. 4. Divinitatis necessitas, quæ patet, 1. ē  
magnitudine mali, à quo nos nemo nisi solus Deus libera-  
re potuit. 2. ē magnit: boni, quod à nemine, nisi etiam so-  
lo Deo, nobis obvenire potuit.

IV. De natura humana, quæ in tempore assumptæ  
est, consideranda itidē sunt: 1. Hæretici, qui magno studio  
humanitatē allatrarunt sunt, 1. Φαρισαῖοι, Christum non  
verum corpus, sed Φαρισαῖον assūmisſe, asserentes. 2. ἑτε-  
ρότοι, carnem Christi nobis consubstantialem, negantes. 3.  
αὐτοῦ χοι, Christo animā humanam detrahentes 4. à Φθαρ-  
dorītai, dolorum & passionum veritatem indubium vo-  
cantes. 4. μονογέληται, distinctam voluntatem à divinā hu-  
manam abnuentes. 2. Tituli, ex quibus vel maxime huma-  
næ naturæ veritas patescit. Horum quidam abstracti, ut:  
ουκός, synecdochice totam humanam naturam deno-  
tans; semen: quidam concreti, ut: Homo, Filius, primo-  
genitus &c. 3. Naturæ humanae veritas, quæ astruitur.  
1. substantiæ identitate: Nam nostram assūmisſit  
naturam, & quoad totum; unde semen mulieris, A-  
brahæ, Davidis, & passim, filius hominis dicitur: &  
quoad partes; nimirum animam; quam probat,  
scriptura, incarnationis finis, naturæ veritas; & cor-  
pus organicum, quod astruit, naturæ humanae

quæ requirit determinatam materiam, & satisfactionis  
veritas. 2. Naturæ proprietate, eaq, vel naturæ totius,  
ut: creatum, finitum esse, vivere &c. vel partium; animæ  
ut: velle, intelligere: corporis, ut: figuram, quantitatem,  
circumscriptionem habere 3. Infirmitate tam animæ,  
quam corporis. Harum quædam sunt personales & damna-  
biles, quas Christus non assumit, quia redemptioni obsuis-  
sent: quædam miseras, quas Christus coassumit, quia  
perfectioni, scientie & gratiæ ipsius non erant impedimen-  
to. Ut a. humanitas Christi, quoad essentiam, proprieta-  
tes & infirmitates nobiscum convenit; sic quoq, differt, ra-  
tione puritatis, conceptionis, nativitatis & personalitatis.  
IV. Naturæ necessitas, patet, e necessaria passione, san-  
guinis effusione, morte, & compassione.

V. Hæ duæ nature ita personaliter unitæ sunt, ut u-  
nus sit Christus, una tantum persona. Hujus unionis viden-  
dam est, fundatum, partes & natura. Fundamen-  
tam unionis est incarnatio circa quam annotanda sunt:  
1. Vocis explicatio. Nam vox ἡγεα Θεοῦ est, in Ecclesia,  
tamen usitatissima & notat actum, quo ἡρώης humanæ  
naturam in ωνοσίᾳ τεῷ unitatem suscepit, sibiq, arctissime  
univit. 2. Incarnationis probatio. In V.T. futura præ-  
dictur, Es. 9. v. 6. Ier. 23. v. 5. Mich. 5. v. 2. in N.T. facta  
declaratar. Ioh. 1. v. 14. Colos. 2. v. 9. 1. Tim. 3. v. 16. 3. Subjecti  
determinatio. Dicitur quidem incarnatio opus to-  
tius Trinitatis; verum efficienter & inchoative: solius v.  
filij est formaliter & terminative, qui factus, quod  
non erat & mansit præterea quod erat. Rationes cur  
filium incarnari oportuerit, apud Patres orthodoxos ob-  
viae sunt plurimæ. Filium a. cum incarnatum dicimus,  
non tantum personam, sed & naturam divinam, certo  
charactere

charactere limitata m; intelligimus. 4. Temporis no-  
ratio. Peracta est incarnatio in media mundi etate secun-  
dum supputationem, non mathematicam, sed historicam  
& vulgarem, quā omne id dicitur medium, quod inter  
principium interjacet. 5. Incarnationis definitio, quæ  
talis: Incarnatio est divina & supernaturalis actio, quā æ-  
ternus Dei filius naturam humanam integrā & sanctam  
ex adumbratione Spiritus S. in utero virginis Mariæ for-  
matam, in unitatem suæ unitus sine confusione assum-  
vit, atq; ita verus homo factus est, ut jam in duabus natu-  
ris divina & humana personaliter unitis subsistat.

VI. Partes incarnationis sunt duæ: Una: Carnis  
formatio, quam describit angelus Luc. i. vers. 35. Hujus  
disciplina est, 1. Causa efficiens, quæ est Spiritus S. cui  
conceptio non aequaliter sed dominus regnans, natiꝝ ēx o-  
χην attribuitur. 2. Materialis in qua, quæ mater/Do-  
mini, de qua infra: Materialis ex qua, quæ sunt partes bo-  
minis anima & corpus; utraq; in utero Mariæ producuntur  
illa sine materia; bæc ex materia, quæ ratione inesse fuit  
massa aequaliter, quasi ordinariꝝ generationis modus  
requirit; Ratione virginis in utero Mariæ elaborata; Ra-  
tionē qualitatis sanctissima & ab omni peccato immunis.  
3. Formalis seu productionis modus. Animam ordina-  
rię & mediatię, per traducē productum; corpus evr̄ō vū &  
subito factum: totam humanitatē in instanti, statim post  
annunciationem angelī & assensum B virginis conceptam  
serio statuimus, ut ita simul subitoq; uniretur anima cum  
corpore. 4. Finalis, quæ nostra salus; ut enim omnia ex ista  
causa; sic quoq; conceptio Christi proprios & nostram  
salutem facta est. *Contra: Canticum: O illa: o illa*

VII. Altera; Carnis assumptio ubi explicanda i. An facta sit? quod probat locus Heb: 2. Ilbi de Christo, tanquam subiecto, v. 9. prædicatur, quod particeps factus sit carnis & sanguinis ut pueri v. 14. & quod assumserit semen Abræ v. 16.  
2. Quis assumserit? Solus nim: λόγος, quia hic solus incarnatus 3. quid assumptum sit? Caro seu Semen Abræ, vel, ut patres vocant, Humana natura. 4. in quid assumptum sit? Nempe in Filij Dei personæ unitatē. 5. Quemodo; an corpus mediante anima assumptum sit? Ilbi dicendum in assumptione corporis & animæ nullum fuisse ordinem, sed simul & semel sine distinctione temporis & ordinis in ὑπόστασιν λόγος assumta sunt. 6. Deniq; quam diu duret assumptio? Quod explicat canon Orthodoxorum Patrum: quod λόγος semel assumptus nuncquam deponet.

VIII. Natura unionis videnda est, ubi observanda, i. terminorum explicatio; ut sunt 1. Jesus, qui salvatorem significat, & soli Christo propriè convenit 2. Christus, qui unctum notat, & non de utraq; sed humana natura tantum dicitur, 3. Persona, qui in eo usurpatur significatu, quo tria denotat: 1. Subsistentiam: 2. Simplicem ὑπόστασιν, una natura constantem, 3. ὑπόστασιν compositam in duabus naturis subsistentem. 4. Unio, qui plurium rerum copulacionem, quā illæ unum fiunt significat. 2. Hæreticorum annotatio. Sunt illorum & Veteres, ut: Ebioniti, Cærinthiani, Samosateniani Apollinaristæ, Nestoriani, Eutychiani, Monotheistæ, & Phælos, Merothæ, Accidentarij, Scholastici: & recentiores, ut: Calviniani, Iesuitæ, Neo-Photini, Vorstiani. 3. Theosewç, veræ unionis personalis positio: Confitemur, Dominum nostrum Iesum Christum, liceb

licet Deus & homo sit, non duos tamen, sed unum tantum Christum esse, non confusione substantiae sed unitate personae. Hæc thesis firmatur scripturæ dictis, Ecclesiæ Symbolis, conciliorum suffragiis, & Patrum testimoniosis.

IX. Unionem excipit communicatio, quæ triplex:  
1. Οὐ ποσεῖσθε: ubi notanda 1. Vocis explicatio. Vox n. omnem uuius rei participationem connotat. 2. Communicationis personalis assertio. Hanc negant Calviniani: nos affirmamus, & probamus, Οὐ ποσεῖσθε Christi unitate, ipsa carnis subsistentia, communicationis definitione, absurdi inductione &c. 2. Naturarū, quam verā ac realem esse, cum F.C. art. 8.p. 606. afferimus, idq; confirmamus, scripturæ autoritate, analogiæ fidei fundamine, Orthodoxa antiquitate. Hæc à personali differt, 1. Ordine, quō illa hanc antecedit, 2. naturarum habitudine, quæ illic sē magis habent passive, hic magis active: Nā illic dicimus, duas naturas uniri; hic dicūtur invicē communicare. Oriūtur ex hac naturarū ενώσει prædicationes, personales dictæ, de quibus judicium fert Theologus, eas recte reales asserit, inq; iis naturam de natura, ut disparata de disparatis prædicari ait, paronymicas nec dicendas, nec per αὐτολογias ad has reducendas, affirmat, ratione unionis mysticas denominat, ab abstractivis, quia tutius, abstinentiam suadet. & Christum, quā hominem, naturalem DEI filium minus significanter, & ambigue, dici existimat. 3. Idiomatum De hac in genere notandum. 1. Vocis usurpatio. Vocem enim communicationis idiomatum, licet αὐτολογισθεῖ sit, loquendis tamen necessitate introductam, ob firmas rationes, quas petenti dabimus, ad contro

controversias Theologicas explicandas, in scholis retinen-  
dam esse censemus. 2. Terminorum, abstracti & con-  
creti explicatio. Theologis abstractum notat alteram  
naturam, in unionē distincte consideratam: Concretum  
v. tantum personam exprimit. 3. Communicationis  
Idiom. significatio. Significat n. modum, quo propria, per  
distinctas scripturæ formulas, de Christo dicuntur. 4. Ge-  
nerum determinatio; quorum 3. cum F. C. agnoscimus  
5. Ordinis ratio; que à nonnullis variatur: sed facile li-  
ticula componitur, distinctione inter ordinem naturæ &  
do Trinæ; hunc nos observavimus.

X. In specie jam videndum I. Genus, quod dicitur  
αλλοίων, αὐτιδοτος, ἐναλλαγὴ ηγὶ κοινωνία αὐτού-  
των, οἵτις ευστος ἴουντων, οἰκείων. Describitur, quod  
in illo de persona prædicentur naturarum propria. Hoc fit  
dupliciter: Nam vel de persona οὐρανοῦ, prædicantur  
alterutrius naturæ propria, divina propter divinitatem;  
humana propter humanitatē: vel de persona λόγου αἰου-  
γέτω, prædicantur humanitatis assumtæ propria. II. Ge-  
nus dicitur κοινωνίας, κοινωνία ἡγεγενών, τοῖς Φεγ-  
γοῖς. Describitur, quod in illo persone attribuatur certum  
δικτύοντα, in quo producendo utrāq; natura agit, cum  
communitatione alterius. Subjectū in hoc genere est tota  
persona de qui δικτύονται, enunciatur aliqualiter reci-  
proce. Quæritur hic; an mori pro mundi vita δικτύ-  
οντα sit? Id quod cum Orthodoxis affirmamus.

XI. 3. Genus, dicitur majeſtati communicatio, διποθέωσις  
Σεονοίων. μῆτροίων &c. quibus non naturæ ex equa-  
tio, sed carnis exaltatio exprimitur. Describitur, quod in  
eo de humana natura vere infinita & increata dona, à  
λόγῳ

$\lambda\circ\gamma\omega$  per unionem personalem ipsi communicata, enunciantur. Subjectum est humana natura, quæ dona à divina accipit. Carni talem communicationem & exaltationem obtigisse negant Calviniani: nos pro eâ confirmanda produximus argumenta 1. generalia, ab inhabitatione universæ plenitudinis divinitatis Col. 2. v. 9. à datis Christo in tempore; à sessione ad dexteram Dei. 2. Specialia, pro demonstratione certorū idiomatum ut: pro Omnipotentia in genere urgemus dicta Matth. 28. v. 18. Eph. 1. v. 20. In specie pro duvāpēi ζωντικῆ Ioh. 6 v. 48. &c. 1. Ioh. 1. v. 3. pro duvāpēi θαυματουργῆ Marc. 16. v. 19. 20. Act. 2. v. 33. c. 10 v. 38. pro duvāpēi remittendi peccata Matt. 9. v. 6. pro duvāpēi ducas trahē Ioh. 5. v. 27. Pro omni scientia Es. 11. v. 1. Ioh. 3. v. 34. Col. 2. v. 3. Pro præsentia gratiosa, afferimus dicta, Matt. 28. v. 20. Marc. 16. v. 20. Ioh. 6. v. 56. argumenta, à natura capitū, ab institutione cœnæ, à regula Patrū, quod officia mediatoris, utrig̃ naturæ conveniant. III. Pro præsentia totius Christi universali, quæ notat præsens dominium in omnes creaturas in cælo & terra, confirmanda, producimus itidem dicta Ps. 71. v. 8. Ps. 110. v. 2. Eph. 1. v. 20. 21. argumenta analogiæ fidei consentanea, nimirum ab unione personali, ab ὑποστοσεως τῷ λόγῳ communicacione, ab humanæ naturæ ad Dei dexteram evocatione. Pro cultu religiosæ adorationis Ioh. 5. v. 22. 23. Ph. 2. v. 9. &c. Apoc. 5. v. 13. Hactenus persona Christi.

## DE VITA.

XIL. Vitam quod attinet, eam in duobus statibus συνάντηση considerabimus; quorum alter exinanitionis alter exaltationis dicitur: ut ergo in V. T. adumbratus per Moysen, Iosephum, Zachariam: in N. T. explicatus Phil.

2. v. 6.

A 5

2. vers. 6. & s. subiectum horum statuum est Christus,  
λόγος incarnatus: non secundum utramque, nec divi-  
vinam, sed solam humanam naturam. Est autem exina-  
tio humilis in forma servili ad mortem usque cru-  
cis obedientia & subiectio, Phil. 2. v. 5. 28. In qua de-  
finitione duo exprimuntur actus: 1. Gloriæ divinæ κένω-  
σις quæ non significat σερηνυητήσεως majestatis, sed  
χειροσεως quam Theologi exemplo solis nube obducti, Regis  
minorenis declarare soliti sunt. 2. Ταπείνωσις s. humili-  
ma in forma servi subiectio. His explicandū, quid sit  
forma servi? sc: non ipsa humana natura, sed naturæ hu-  
manæ servilis status & conditio, defectus & affectus nostræ  
infirmitatis, peccato tamen excepto. Deinde, quid sit hu-  
milis subiectio? sc. Patri à Christo præstita obedientia in  
agendo & patiendo.

XIII. Ad hanc exinanitionē pertinet tota historia, Evangel.  
à nativitate ad sepulturam usque inclusivè, quam breviter  
enarrabimus. Præmittimus ejus nativitatem, circa quam  
expendenda sunt. 1. Christi ortus, quem exponit Ge-  
nealogia, à Mathæo & Luca descripta, quæ Christum ex  
tribu Iuda, familia Davidis oriundum indicat, idque respe-  
ctu utriusque parentis, tam putatity, quam veri. 2. Chri-  
sti Mater, cuius nomen est Maria, quod notat dolorum a-  
cerbitatem. Persona ejus explicatur consideratione. 1.  
status, quod fuerit Virgo, ob prædictionem Esaiæ cap. 7.  
v. 14. & mansit in & post partum, ut p̄ie creditur, despon-  
sata Iosepho Matth. 1. v. 18. ob causas, de quibus Patres con-  
sule. 2. Familiæ, quod orta fuerit de tribu Iuda, e domo  
Davidis, 2. Sam. 7. v. 12. 3. Titulorum, quorum quidam  
Biblici, ut: κεχαρτωμένη εὐλογημένη non active,  
sed

sed passim; quidam Ecclesiastici, ut cum dicitur, Virgo  
sancta &c. 4. Dignitatis, ob quam meritò venera-  
tur & honoratur, sed male religiose adoratur. 3. Chri-  
sti nativitas ipsa, cuius evolvenda i. Circumstantiae;  
tempus, quod notatur Luc. 1. vers. 5. cap. 2. vers. 1. Lo-  
cus, qui vocatur Bethlehem Iudee Luc. 2. vers. 4. 2. Res-  
nim: Persona nascens, quæ est homo DEUS; DEUS  
non sine humanitate: homo non sine deitate: modus,  
qui duplex: Interior, de quo queritur; an Maria pepe-  
rit utero clauso? an aperto? Resp. Christum ex utero  
natum esse agnoscimus, quia legimus; modum ignoramus,  
quia non legimus: sed magis tamen ad prioris ad firmatio-  
nem inclinamus. Exterior, spontanea paupertas. Finis,  
qui in nos redundat: nobis enim angeli annunciant gaudi-  
um magnum.

XIV. Succedit Christi circumcisio; ubi inquiren-  
da est, i. Circumcisionis ratio: Christus enim ratione  
sui circumcisione non indiguit; nostri tamen causa circum-  
cidi voluit. 2. Nominis impositio: Dum enim circum-  
cisionis sacramentum in carne recepit, nomen, idq; certâ  
ratione novum, Incr̄sc accepit. Mox post circumcisionem  
Christus à Magis; ab oriente oriundis, visitatur, adoratur  
& muneribus honoratur, ut videre est apud Matth. cap.  
2. vers. 1. Paulo post Domino in templo Hierosolimi-  
tano à Matre & Iosepho presentatur, juxta Legem  
Exod. 13. vers. 2. &c. 15. à Simeone, filio Ionathæ, pre-  
ceptore Gamalielis, viro justo, ulnis excipitur. Ubi una  
Maria purificationis dies sustinuit, & par tur turum,  
lege ita volente, obtulit. Presentationi Matthæus  
subjungit

subjungit tyrannitam Herodis persecutionem, ob quam Christus fugere coactus fuit. Explicat etiam fugae circumstantias, quæ duplices i. Personarum, quarum tres sunt; Angelus fugam suadens; Iosephus mandatum accipiens; Puer recens natus, fugam evadens. 2. Rerum, nim: Tempus fugae: est n. paucis, inter nativitatem & fugam septimanis interiectis peracta, eadem nocte, qua Iosephus mandatum accipit. Locus. Fugit, ex Bethlehem, (ut probabile est) per desertū illud, per quod filii Israel Palæstinam ingressi sunt, in Ægyptum ibi per annum, & siquid excurrit mansit.

XV. Mentionem quoq; facit Evangelista educationis Christi, in quâ spe cbanda 1. ad Deum adductio, de qui agit Lucas c. 2. v. 41. 2. ad honestatem informatio, cuius effectus exprimitur v. 52. παρέγενοντες οἱ Θεοὶ τοι: que verba profectum notant sapientiae tui finitæ, quæ crevit habitualiter; tui infinitæ, quæ crevit effectualiter. Addit res gestas, quod anno 12. disputaverit in templo v. 46. quod obediens fuerit & subjectus parentibus.

XVI. Tandem Christus aggressurus ministerium suum, per Baptismum eidem inaugurarī voluit. Hujus annontandæ i. circumstantiæ: Tempus quod incidit ad principum Decembris vel finem Novembris, quæ notatio temporis Christi annum etatis 30. brevi complendum indicat. Locus qui Iordanis in Bethabara. 2. Causa ministerialis, quæ Iohannis Baptista 3. Modus; Tinctus n. est Dominus à servo, aquâ Iordanis præter fluente: Plura de modo quia scripturæ t. icet, nos nescimus. 4. Miracula, baptismum insecurata: cœli apertio & dissisio; visibilis Spiritus S. in specie columbae apparitio, Patris ad filium sermocinatio. 5. Finis baptismi est nostri baptisini in salutare organon renovacionis consecratio.

XVII.

XVII. Vix Ministerio consecratus, in ediam patitur  
& Sathan & temptationibus excipitur. Nam per acto Baptismo  
in desertum a spiritu subducitur, ut tentaretur a Diabolo:  
inibi ab omni abstinuit per 40. dies cibo, non sine divina vir-  
tute. Tandem esuriens, Diaboli subiit tentationes & occul-  
tas & manifestas, quas enumerat Matt. c. 4. v. 3. &c. Supe-  
ratá temptatione ministerio per triennium, & quod excur-  
rit, præfuit, docendo, peccata remittendo, doctrinam mira-  
culis confirmando, ad quæ caro Christi se non tantum ha-  
buit ut ὅπαρον divinitatis in Christo, sed etiā uirg.  
cū p̄gnatiōnō.

XIX. Maximè deniq̄ exinanitio in passione ejus co-  
spicitur, quæ ad 4. act⁹ reducitur, ita, ut ad 1. referatur ea,  
quæ in horto cōtigerunt; ad 2. quæ in concilio sacerdotū co-  
ram Caipha peracta sunt: ad 3. quæ Christus in prætorio  
Pilati passus est: ad 4. denique passio & quæ circa eam nō-  
tanda, reducitur Subiectum passionis est tota persona, se-  
cundum utramq; naturam. Finis est pro peccatis omnium  
in universum hominum sufficiens satisfactio, à maledictio-  
ne legis, diaboli & inferni liberatio.

XIX. Passionem excipit mors, cuius 1. probanda  
veritas, quam probat mortis definitio, confirmat Centu-  
rio &c. Mortuus dum Christus dicitur, hominem eum esse  
desiisse ad tempus per breve non quidem negamus; tamen  
propterea factam esse unionis personalis solutionem, non sta-  
tuimus, multo minus Christo divinitatē denegamus. 2. no-  
tanda consequentia, quæ sunt miracula, nim: Solis ec-  
clipsis non naturalis, velis scisso, Terræ motus, Petrarum  
scisso, Monumentorū apertio, Mortuorum resurrectio, &c.

XX. Mortui sepeliri conservare, quod & Christo ac-  
cidit .

edit Sepulturæ i. autor fuit Iosephus, ab Arimathæa ori-  
undus. 2. actus hic est: corpus enim ablutum aromatibus  
unxerūt, sindoni mundæ implicarunt, & caput sudario in-  
volverūt. 3. Tempus, tum sepulturæ quod determinatur ab  
Evangelista, dies parasceves: tūm quietis quod tridūn in se-  
pulchro n. corruptionem non vidit. 4. Locus, fuit hortus  
monti Golgathæ vicinus, & monumentum novum. 5. Finis  
est vaticiniorum impletio.

XXI. Vidimus Christum extreme sese humiliantem: sequitur exaltatio, quæ est solemnis & plenaria  
majestatis in primo navitatis momento communicatæ u-  
surpatio. Gradus ejus, 5. sunt, 1. Descensus ad in-  
ferus, de quo sciendum 1. quod sit articulus fidei, cuius fun-  
damenta in sacris illustria habentur. 2. quod sit realis Eph. 4.  
v. 9. 1. Pet. 3. v. 19. 3. quod totus Christus descenderit. 4. quod  
post ζωνίον ante tamen αὐγήν descenderit, ad in-  
feriores terræ partes. 2. Resurrectio; cuius dispienda  
veritas; Tempus, quod dies tertius; Causa, tota Trinitas, di-  
stinctim Pater, Filius, idq; quoad divinitatem & humani-  
tatem; subjectum, corpus Christi, verum, idem numero, &  
qualitatibus ditatum; Forma, quæ corporis & animæ reu-  
nio, lapidis sepulchralis penetratio; Finis vaticiniorum im-  
pletio, membrorum Christi resurrectio. 3. Ascensio, quæ  
est vera corporis, die 4o. à resurrectione e monte oliveti  
sursum versus elevatio. Ilbi exprimitur, terminus à quo  
mons oliveti; modus, qui est visibilis elevatio; terminus ad  
quem, cælum ὑψότερον, quod non est locus, sed Dei ma-  
jestas & excellentia; fructus ratione Christi, in gloriam in-  
thronisatio; ratione nostri, cæli apertio. 4. Ad dexteram  
Dei sessio, quâ pari potentia & equali majestate, cum  
Deo patre omnia potenter & præsenter in cælo & terra gu-  
bernat.

bernat. Dextera n. Dei hic notat potentiam Dei, majestatem. Sedere est regnare in æternum. 5. Reditus ad judicium. Hujus veritatem probant plurima scripturæ dictæ, qualitatem Matthæus c. 24. v. 30. indicat; Terminum à quo determinat Lucas Act. 1. v. 11. Paulus 2. Thes. 1. v. 7. Tempus abscinditum est. Hic usq; vita.

## DE OFFICIO.

XXII. Subjungendajam restat breviter officij cognitio, sine quâ nuda cognitio personæ & vite ad salutem hominibus nihil prodest. Consideratur. 1. Generatim. Ille notanda Causa efficiens, quæ est tota Trinitas; sed καὶ ἐξ οὐρανοῦ Deus Pater. Materia, in quâ s. subjectum, quod totus Christus secundum utramq; naturam: circa quam, sunt omnes homines, probante scriptura. Finalis est DEI gloria misericordiæ & justitiae divinæ illustratio item redemptio & nostra salus.

XXIII. Deinde speciatim, & 1. Propheticum, quod nos de voluntate patris & via ad salutem æternam informat. Hujus officij respectu dicitur, summus Propheta, consiliarius, Magister &c. Partes duæ sunt: 1. Externa doctrinæ promulgatio, quæ continet Evangelij prædicacionem, quæ nova non est; Legis interpretationem, non auctoritionem, & miraculorum prædictionem. 2. Interna efficacia, quâ moventur fideles, ut capiant mente & corde retineant, quæ docentur. Executus est hoc officium, immediate & mediate per ministros.

XXIV. 2. Sacerdotale, quo ordinatus est ad satisfaciendū Deo, pro hominibus. Hujus respectu dicitur Pontifex magnus, Mediator N.T. salvator &c. Circa hoc officium consideranda veniunt, 1. Personæ vocatio, quam probant divina testificatio, voluntaria Christi ex initio persona.

personæ Christi & Melchisedeci comparatio. 2. Officij exēcutio, qæ tribus absolvitur partibus: 1. Legis pefectâ implētione, ad quam requirebatur justitia & personæ & operis: utr imque Christus habuit, non sibi tantum; sed & nobis: sibi quat: homo; nobis, quat: homo pro nobis. 2. Plenaria satisfactione, quæ peracta est in ara crucis, & est meritoria, universalis & sola sufficiens. 3. Intercessione, quâ nobis parta merita applicat.

XXV. 3. Regium, quo ipse Iēsus Christus gubernat omnia in cælo & terra, imprimis v. Ecclesiam. Hujus ratione dicitur Rex, dux, princeps &c. Consideratur hoc officium in administrationis modo & illius termino. Administratio non sit vi externa & corporali, sed virtute spiritus h.e. verbo & sacramentis; & respicit vitam præsentem & futuram: Ratione præsentis vitæ dicitur regnum, 1. potentiæ, quod est generale dominium super omnia, 2. gratiæ, quod est specialis operatio misericordiæ & bonitatis in Ecclesia. Hoc administrat leges subditis præscribendo, eosde ab hostibus defendendo, præmiis ornando. Ratione futuræ vitæ, dicitur regnum justitiæ & gloriæ, quod conspicietur in suscitatione mortuorum & judicatione tum impiorum ad damnationem, tum piorum ad beatitudinem. Terminus, regni respectu oīkonomiæ erit, cum filius regnū Patri traditurus, ei subjicietur, qui ei omnia subjecit,  
ut Deus sit omnia in omnibus, benedictus  
in secula. Amen.





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



IAS SACRÆ

gesima nona

CHRISTI  
I O

ΩΕΑΝΘΕΩΝ

ESIDIO

RIS MEISNERI

D. & P. P.

ad disputandum  
nit

HÖLZERUS  
Marchicus.

14. May boris  
ianis.  
minori.

ERGÆ  
an excudebat,  
b. CXX.

